Quid? apud Persas hoc artificium vede„
tori dote? Clarissima illa Regina Amistris
potentissimi Persarum Regis Xerxis uxor
famnon lanificiis operam navavit? testatur
hoc Herodotus, Author gravissimus. Verum esto
contemnant hoc insigne artificium Persae;
at non contemnunt Phryges, non despiciunt
Romani, non aspernantur Macedones. Ale„
xandri Magni vestes non modo illius sororum
manu, sed et opus fuisse testatur Curtius.
Tranquillus memorat Augustum sua filia
et neptes instituisse, ut lanificio sese
assuefacerent; qui et non alias quam ab
ipsis confectas vestes usurpasse fertur.
Vide labori strenue insudasse Helenam,
testatur Magnus Homerus. Mercurius
Calypso Nympham Atlantis filiam texentem
reperit. Alias innumeros generosissimas
foeminas ac Reginas omitto, quae huic
labori invigilare inter primas et maximas
posuerunt delicias. Nec immerito: nullum n.
opus mulieribus esse convenientius, decentius,
honestius, dignius atque utilius, quam nere
et texere, affirmat clarissimus vir Anonymus.
Quocirca Poetae Palladem Deam fecerunt
praesidem tum textoribus, tum Militibus, tum
studiosis: quare eidem attribuerunt haec tria,
~~lana~~ lina cum lana, arma, et litteras: quia